14

ASSERTIO IVDICII LVDOVICI SEPTALII MEDICI MEDIOLANENSIS.

De Margaritis nuper ex India allatis.

AD PRÆSTANTISSIMOS COLLEGAS COLLEGII MEDIOLANENSIS MEDICOS.

Doctore Ilefonso Nuñez Llerenensi, Medico Hispalensi authore MDCXIX

IVDICIVM de Margaritis doctissimi Ludovici Septalij delatum est ad me, quò in proposita dubitatione, meum patefacerem. Onus plane grave mihi, suscipere verebar. Primum quod tanti autoris per erudita opera legerim: presertim in librum magni Hyppocratis accuratissima cō mentaria. Deinde quia in hoc iudicio margaritico res, de qua suborta est contentio, vera & ad perfectionem usque proposita remaneat. Fulget profecto in lectionis varietate Margaritarum splendor (persistat comparatio in quibus versatur sermo) magnitudo in eloquentia, pondus in argumentis, in rebus bene commensuratis, lævor, atq; orbicularis illa figura Margaritarum, quæ ubiq; perfectionem denotat, in assertionibus, est perfectio & absolutissima undequaq; veritas. Quis non vidit Septalium (quod ipse de natura predicat) in concharum Margaritiferarum arcanis patefaciendis luxuriari, cum arte & natura colludere, concertationes inire, victoriamque ambire, & tandem mare Margaritarum uberrîmum in quo adlibitum licet preciosissimos bonarum litterarum uniones legere. Est & per quam venerandi Collegij Mediolanensis decretum, quod transgredi nefas est. Viros siquidem enutrivit, enutrit quoq; per orbem celeberrimos, ex quibus ille Cardanus est in omni plane scientiarum genere altilocus. Micant doctissimus Silvaticus, hoc nostro ævo, & eminētissimus Septalius, ut & reliquos silcam (*nam Mediolano multa desunt, ad situm, sed ingenijs fælicissima*, ut ait Cardanus) qui miris suis operibus universam medicinam auxerunt & exornarunt. Cum his ergo quomodo pusilla mea conferā? an ut est in proverbio, *tanti vitrum, quanti Margaritum*? proferam in medium illud philosophi Senecę ne dum maximis, minima anecto, quis consensum meum increpet: *Studiorum*, inquit, *salutarium etiam citra effectum laudanda tractatio est, quid mirū si non ascendunt multum ardua eggresi, sed viros suspice etiamsi decidant magna conantes: generosa res est, respicientem, non ad suas, sed ad naturæ suæ vires conari alta tentare, & mente maiora concipere quamque etiam ingenti animo adornatis effici possunt.* Igitur audeam voto eorum, qui sententiam meam obnixè deprecabantur satisfacere eorum, in quam, quibus in Italiam, Germaniam, Galliam, ac propemodum universam Europam munus instat deportandi, allatas ex occidentali India Marga-

Lib. 17. de rerū varietate cap. 9

De vita beata cap. 20

ritas, ſe enim multorum indigere teſtimonijs affirmarunt in teſtificationem veritatis.

Conſiſtit totius dubitationis ratio in quęſito duplici, ut ex adu-

a inneſ- ąda pro- vantur. ctis á Septalio, & ex his, quę à celeberrimo Collegio ſtatuta ſunt, colligere poſſum. Primum an Margaritę occidentales, quę annis ab hinc duobus, aut tribus ex India allatę ſunt, ſint veræ ac naturales, an adulterinę, aut factitię velut dubitarunt Mediolani quidam medici ac ſeplaſiari, & alij rerum naturalium inveſtigatores. Secūdum ſi naturales ſunt an Orientalibus ęqui parandę, non ſolum in æſtimatione & precio, ſed etiam quatenus ad uſus medicos diſpenſantur.

Aperiam commodius quid de prædictis quæſitis ſentiam, ubi à

mon ſun nětum. Margaritarum electione, per indicia propria exordiar: ſiquidem cuiuſque rei natura per accidentia, ſive dimanantes ab ea qualitates dignocitur: nec opus eſt ingenere, generationis modum, cauſas, & loca in quibus Margaritæ generantur proponere, ſed quæ ad preſens negotium conferre videantur ſolum in examen tradere: & quanquam explicatio illorum ſummopere mihi impenderet, cederem profecto inſigni Septalio, qui adperfectionem uſque ea omnia executus eſt. Imo qui hæc & reliqua ad Margaritarum doctrinam attinentia, ſumma cum diligentia propoſita deſiderat, adeat

3. de teſ is c. 42. Vlyſſem Aldrovandum, qui non modo generationis modum, cauſas, loca, verum a minutiſsimis orſus, æquivocis ſcilicet nominibus & ſynonymis, per diverſa capita, quid ſint, differentias, piſcandi rationem, electionem, precium, modum quopoliantur quomodo adulterentur, vſum in medicina, vſum in varijs luxibus hieroglyphica, quoque ſymbolica, moralia, leges, epigrammata epitheta, & proverbia, fuſa ſatis, ac methodica narratione pertractavit.

tia ele- is. 9. c. 35. Indicia quibus veræ Margaritę pręferuntur proponit Plini⁹ *Dos omnis*, inquit, *in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere haud promptis* (ideſt haud inventu facilibus, ut Dalechampus exponit) AElia-

ian. 5. animal 3. nus paucioribus contentus ait, *qui vendunt, aut emunt Margaritas, earum pulchritudinem & præcium ex candore & magnitudine æſtimant*. Bu-

l. 2. de deus Pliniū ſecutus eſt. Præfert Franciſcus Rueus, candidiſsimas,

luci-

lucidiſsimas, rotundiſsimas, & leviſsimas, in quibus Pliniũ quoq; imitatus eſt niſi impondere diſſentiret, adderetque quod natura ſint perforatę quod plane adverſatur experimento cum vſque adhuc natura perforatę viſæ ſint nullę niſi arte ita parētur. Quod hac in civitate Hiſpalenſi in minutiſsimis Margaritis quotidie experimur: imo quoties aliqua perforanda eſt magnitudine excellens, artifices quęruntur peritiſsimi (quos perforatores vocant) ne, quod ſępius accidit, frangi contingat terebro diſrupta. De electionis differentia ex loco, Plinius ſic: *In candore ipſo magna differentià clarior in rubro mari repertus* (loquitur de unione) *indicus ſpecularium lapidum ſquāmas aſsimilat, alias magnitudine præexcellens*: quibus verbis id quod AElianus in Margaritis pręfert inſinuare viſus eſt, nempe claritatem, & magnitudinem, nam inter reliqua hęc indicia ſunt quibus præſtantiſsimę annotantur Margaritæ: *Summa laus coloris eſt*, inquit Plinius, *exaluminatos vocari, & proceribus ſua gratia eſt Elenchos appellant, faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes*; exaluminati uniones (ut exponit Maſſarius) appellantur illi, qui colore maxime pręſtant, & perlucidi ſunt, ij namque ſummo habentur precio: niſi exaluminatos ad aluminis colorem accedentes dicamus, cum teſte Dioſcoride optimum alumen, candidiſsimum cenſeatur. Margaritas Elenchos dici, putat Perottus. Quod quomodo librorum indices, varietate colorum, magnitudine litterarum, & pulchritudine libros exornāt: ita & Margaritæ habitū geſtantium colluſtrant, ut quaſi indices eorum videantur iuxta illud Iuvenalis: *Candor, ſive claritas.*

Turpe putat nil,
Quum vidus gemmas collo circundedit & quum
auribus extenſis magnos commiſsit Elenchos *Satyra 6.*

Deduci vero poteſt exeo quod Elenchon aliqui indicem interpretentur velut eſt apud Plinium libri primi inſcriptio; quin & Ariſtoteles libros Elenchorum ſcripſit. Verum *Elenchos*, traddit Plinius, *faſtigiata longitudine alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes*, ubi Maſſarius ait, *ſunt Elenchi uniones facie turbinata, ut examplo ſcilicet intenue deficientes, quos pyra modo vocant*, alabaſtrum vero vas *Figura pyriformis.*

erat

erat unguentarium forma turbinata, sine ansulis quod ex lapide alabastrite; siue onyche (*nam aliqui onychem alabastritem vocant*) fiebat, in quo ut idem testatur Plinius unguenta incorrupta servabantur. Tales ergo opportet esse uniones, sive Margaritę in candore & perluciditate: unde Theophrastus dixit: *inter illa, quæ miramur est profecto Margarita natura pellucida, equa preciosa monilia fiunt*, quin & Albert⁹, *Margaritæ sunt coloris ac si parua lux penetraret in multum album, & ideo nitētes*. Ab his magnitudo sequitur, mirum enim est quanti ęstimētur Margaritæ magnæ, quæ uniones appellantur, quoniam vix duę inveniuntur magnitudine figura, & nitore æquales: unde ab una sola ita reperta, unio appellata est, quæ vero minutulæ sunt ac veluti quisquiliæ, aljofar, communi vocabulo dicuntur. Varię sunt historiæ magnarum precium & æstimationem referentes. Alexander Severus, ut testatur AElius Lampridius gemmas sibi oblatas vēdidit & cum quidam legatus uniones duos uxori eius per ipsum obtulisset magni ponderis & inusitatę mensurę, vēdi eos iusit, qui cū precium nō inveniret, ne exemplum malū à regina nasceretur, si eo uteretur, quod eminò posset, in auribus veneris eos dicavit. AEstimationis ac temperantię notandum exemplar. Cui accedit illud Cæsaris (ut scribit Suetonius, apud Budeum) qui adeo dilexit Marci Bruti matrem Serviliam, ut ei primo suo consulatu sexagies sestertium Margaritam mercatus fuerit. *Quod hic dicitur*, ait Budęus, *de Margarita sexagies sestertiū empta, fidem facit dicto Pliniano de Margarita Cleopatræ centies sestertium æstimata, id est, aureis ducentis quinquaginta millibus*, aut ut computat Fragosus ad suam monetam Lusitanicam, ducenta quinquaginta millia ducatorū. Visi sunt proximis his temporibus uniones inusitatę magnitudinis: nā inter eos quos Gaspari Morales Rex insulę occidentalis Tubagnę donavit, un⁹ fuit nucis magnitudine vēdituśq; in *Dariē*, auctione habita, castelianis mille & ducentis, pependisseque ait Gonçalus Oviedus si liquas trigenta & unā. Eligitur quoq; & pondus, ut ex his patet atq; testatur Plinius; *pondus, ad hoc æui semiunciæ, pauci singulis scrupulis excessere*. Quod & Petrus Martyr confirmat, nam, *me presente*, inquit, *cum apud illustrem Methynæ Sidoniæ Ducem pranderem inuitatus Hispali, unam* (unum dicere debuit si unionem intelligit, sed de uno incre-

Magnitudo

Quare dicā tur uniones

Aljofar.

Vide Budeū loco citato.

Preciū margaritæ Cleopatræ.

Ouied. l. 19. hist. ind. c. 8

Pondus.

Pli. l. 9. c. 35

Mart. lib. 8. decad. 1.

dib[...]

dibile hoc pondus est, forte una legendum, nam pluralis numerus mox sequitur: ita intelligendum proponunt Gesnerus & Aldrovandus) *supra centum untias venum ad eum tullerunt. Sua profecto pulchritudine ac nitore me delectarunt*. Ex quibus patet manifeste error Francisci Ruei, qui ut diximus, minimi ponderis Margaritas approbavit. Quoad pondus & splendorem attinet dignum animadversione iudico: Vetustate ac temporis processu mutari, imo & Plinius, *usu atteri coloremque mutari non dubium esse* ait, & paulo infra. *Alexander Polyhistor & sudines senescere eos putant, coloremque expirare.* Pondus artificio nullo restituitur, claritas tamen & nitor denuo adquiritur nam in oryza induntur nonihil contusa, & cum sale fricātur aliquandiu. Averroes scripsit si dentur comedendę colūbis clariores & puriores reddi, sed occidendas esse statim ubi deglutierint, diutius enim in ventriculo detentas pondere minui: plusque accipere damni quam lucri. His addere opportet notas reliquas quib⁹ electæ Margaritæ sunt aprobandę: eliguntur enim duriores magis etquę bene compactam solidamque continent mixtionem iuxta Plinij sententiam, qui ait, *eorum corpus solidum esse manifestū est quod nullo lapsu frangatur*. Additur á quibusdam maturitas. Vnde ait Gesnerus, *quo maturiores fuerint eo albiores & magis splendidæ sunt & translucidæ minusque habent de colore conchæ, qui aliquando (non in veris puto Margaritiferis conchis, sed alijs quibusdam) aurum fere cœlestē referūt, variantibus pro diverso ad lucem positu coloribus, rutilo, ceruleo, subuiridi. Talis in unione color, aut in maturitatē aut fictitium esse arguit ni fallor, nam & e concharum testis finguntur ut dicemus.* Hactenus Gesnerus, quod & Aldrovandus tradit Rondoletium sequutus, qui omnes Americū Vespucium imitati sunt in secunda sua navigatione (in qua liburcis omnem fere australem Oceanum exploravit) ad Regem suum sic scribentem; *noverit maiestas vestra quod nisi per maturi sint & a conchis in quibus gignuntur per sese excidant, omnino perfecti non sunt, qui nimo in brevi, ut sæpius expertus sum emarcescunt, & in nihil redacti sunt. Cū vero maturi fuerint in ostrea ipsa inter carnes, præter id quod carnibus ipsis hæreant se separant, huiusmodi optimi sunt.* Ab his ergo auspicatus sum varietatem, seu differentiam unionum, aut Margaritarum exeadē ptura cum aliæ lucidißimę sint, aliæ turbidę nec ita translucidę: imo

Lib. 2. de mis cap. 1

Margarit vetustate, pondus & splendore amittunt

Splēdor q modo resi tuatur.

Durities.

Loco cita

Maturita

imo quædam molles, nec ita asolidatę, quin digitis comminuantur, quod maiori exparte contingere arbitror quia immaturæ sunt, cum alioquin coeuæ sint nitore translucido suffusæ, aliæque bene asolidatę quanquam diffitendum non sit ad id plurimum conferre concharum Margaritiferarum naturam propriam.

cundū fū mentum.

Pro secundo rursus fundamento inquiram⁹. An arte factæ sint Margaritæ, ac naturales ita æmulentur, ut pro veris haberi posśint: deinde quę sint notæ veras Margaritas, à falsis distinguentes. Sunt ergo non contemnendi authores, non solum chymicam artē profitentes, sed & naturales ac veré philosophi, qui materia diversa & vario confingēdi modo, Margaritas eformari affirmarunt, nempe ex concharam testis earumque succo expresso, cancrorum oculis, & aliorum piscium, ex vitro, atque quædam herbarum quarumdā semina sunt. Ex succo artificio quodam collecto, Margaritas conformari longa verborum serie traddit Philostratus, post quæ subdit: *Ostrea ferreo stilo perforata, quasi saniem emittunt, hanc venator ferreo latere excipit, qui in varias multiplicesque formas concauatus est; ea vero post modum sanies lapidescit, atque in modum naturalis Margaritæ albus ille sanguis obdurescit.* Tamen si fides adhibenda est Andreæ Libavio pro solidandis ac maturandis Margaritis, quæ molles & in maturæ sunt, succum concharum prodesse traddit sic, *ex cōchijs paruis globosis in mortario contusis succus exprimitur, seruaturque clauso vase: deinde primis Maij diebus ros colligitur, finiturque per medium mensem sidere, ut clarescat & cuticula in superficie natet, hac detracta & fæcibus abiectis, purus liquor decapulatur, additurque pari quantitate succo cochlearū: in mixtura macerantur perlæ & aprico exponuntur, diebus decem, aut duodecim,* ex concharum testis, & ex oculis cancrorum adulterinas fieri Margaritas veris pulchriores refert Cardanus, de testis traddit libro. 7. de rerum variet. cap. 37. *Non læuis est lucri seplasia, cum ex concha Margaritarum pulcherrimæ fingantur uniones adeo autem recte hæc fraus succedit, quod nec à gemmariis dignoscatur, color splendor, substantia, pondus respondent. Sunt qui etiam ex duobus frustris ob conchæ tenuitatē uniones conficiunt. Dum hæc scriberem lis agebatur de Margarita sexaginta acto aureis empta à gemmario, quæ ex concha facta erat, precium æstimationis aurei ducenti.* & lib. 10. eiusdem operis cap. 51. de cancrorum oculis sic ait;

l. 3. de vi Apoll.

Succo cō trum fūt rgarita.

Syntag. an. chy- corum li. ap. 14.

dus soli- li, et ma- andi rgaritas 3 concha- testis.

nuper

per inuentum est quod vidi, vt Margaritæ fiant adeo veris similes splendore, vt si forma, quæ solum dimidium orbem impleret, non obstaret asperitasque quædam, omnino pro veris atque optimis etiam ex eis assimilarentur. Quoniam solum iuxta littus maris effici illas posse affirmabat, solumque vere & hemicycli (vt dixi) forma: coniectura assequor ex lapidibus astacorum & pagurorum, vel eius generis illas effici, coquebat autem illos cum aqua, liquorem circumponens illum, a quo tam splendidæ euaderent. Certe si rotundæ prodimidijs fieri possent, etiam ipsos gemmarios fallerent quando, & nunc in egregia opera inseruntur. Modum effingendi Margaritas ex oculis piscium docet Mizaldus per hęc verba; *accipe candidos lapilos ex capitibus & oculis piscium quos munda sicca, puluera, & agitatis despumatisque ouorum albuminibus excipe, misce, ac tandiu moue, donec fiat veluti massa & spissamentum ex quo vnionum corpuscula dum recens, & tractabilis est materia, effinge, & seta suilla, vt fiat foramen trasfigentur demum resiccata, coque in lacte vaccino, & secreto loco procul à sole & puluere iterum sicca, donec perfectam duritiem induerint.* Interdum & herbarum quędam semina veras Margaritas ęmulari quotidie experimento confirmamus in lithos permo, & autor quoque est Plinius, qui ait; *Inter omnes herbas lithospermo, nil est mirabilius, aliqui ægoni conconuocant, alii diospyron, alii heracleos, herba quincuńialis fere folijs duplo maioribus, quam rutæ ramulis surculosis, crassitudine iunci, gerit iuxta folia singulas veluti herbulas, & earum in cacuminibus lapillos candore, & rotunditate Margaritarum, magnitudine ciceris duritia vero lapidea, ipsi qua pediculis adhæreant cauernulas habent, & intus semen, nascitur in Italia, sed laudatissimum in Creta nec quidquam inter herbas maiori miraculo aspexi. Tantus est decor velut aurificum arte, alteris inter folia candicantibus Margaritis. Tam exquisita difficultas lapidis ex herba nacentis.* Vniones adulterasse ex vitro Murianenses vitrearios Massarius refert: primum uniones vitreos vacuos, sed translucidos fecisse, deinde implevisse materia, qua splendidi & vnionum coloris redderentur, in tantum ut vix a veris vnionibus discerni posint, qua propter fuisse decem virorum decretis vetitos. Ex his ergo Margaritas effingi, ac adulterari satis ostenditur.

Ex ocul cancrorum

Ex oculi piscium.

Memorab. cent. 1.

Ex semini bus herbar.

Lib. 27. c. 1[illegible]

Ex vitrio.

Verum quęnam sit probatio, & verus dignoscendi modus, quo à veris falsæ distinguantur, nec facilis est inventu: nam ut ait

Vera a falsis discernendi modus.

Carda-

Cardanus, *nobilissima est Margarita, & facile à preciosis lapidibus distinguitur, sed eo etiam difficilius ab adulterinis.* Et Plinius de gemmis, *veras à falsis dicernendi, magna difficultas, quippe cum inuentum sit ex veris gemmis in alierius generis falsas traducere.* Tamen revera indicia sunt, quę ita á natura Margaritas commitantur, ut arte nulla adipisci queant: quanquam chymistarum plurimi in hoc ultimos apposuerint conatus multa absque utilitate machinantes, ut possint arte sua radicitus veras effingere: quod nec siluit doctissimus Rondoletius; *nec desunt*, inquit, *chymistæ, qui ex multis paruis in aqua dissolutis se posse magnos confingere venditēt. Qui splēdore læuore, pondere atque omni alia dote Cleopatræ unionibus, inferiores non sint, sed qui id dixerint per multos audiui, qui id præstiterint nullos vidi.* Collegit satis perdocte in argumentis Septalius, potiores notas quib⁹ veras licet à falsis discernere. Ego ex probatissimis autoribus, quibus hac in parte fides deneganda non est, utpote expertis desiderarem id comprobare. Primus est Plinius, qui rationem probandarum gemmarum ingenere apté satis rettulit, ac si veram & genuinam Margaritarum naturam depinxisset: *translucentes*, ait, *matutino probari censent, aut si necesse est in quartam horam, postea vetant, experimenta pluribus modis constant, primum pondere, si grauiores sentiantur, post hæc corpore. Ficticijs pustulæ in profundo apparent, scabritia incute, incapilamento fulgoris inconstantia, priusquam ad oculos perueniat desinens nitor. Decussi fragmenti paululum quod in lamina ferrea teratur efficacissimum experimento excusat magones gemmarum, recusant similiter & lima probationem obsidianæ fragmenta veras gemmas non scarificant, fictitiæ scarificationis candicantia fingunt. Tantaque differentia est, vt aliæ ferro scalpi non possint, aliæ non nisi retuso: verum omnes adamante, plurimū in his terebrarum proficit feruor.* Aliquas ergo ex his notas, paulatim percurramus inveriorem naturalium Margaritarum cognitionem: cumq; potissima ac quę sicut in Margarita est, prorsus alijs non conveniat, anitore petatur, ab ea placet exordium facere: *vniones*, inquit Cardanus, *nitore primū viuace illo dignoscuntur, pleraque enim preciosa nittent atque inter congenera, velut gemmæ inter lapides, aurum & argentum inter metalla, uniones & corali inter baccas, aut plantas, os Monocerotis & ebur inter ossa, pazar inter molles lapillos* (& post hęc subdit) *itaque vt dixi vniones nitent, nec*

Lib. 37. c. 12

Lib. 1. de testaceis c. 51. in fine.

Plin. lib. 37 cap. 13.

Lib. 7. de rerū var. c. 97

sunt perspicui, sed nitor ille purus est, nō pinguis sed siccus & viuax: nam cō chæ earum, & vitrum, & quæ ex paruarum puluere constant perspicuitatis omnis, omnes sunt participes. Nitor verarum in vnum quasi collectus refle. ctit perseuerans lumen viuaxque non perspicuum veluti adulterinæ. Coniugamus cum hoc, Plinianum primum indicium, *translucentes matutino probari censent*; siquidem ad adnitorem Margaritarum dignoscendum pertinet, & aliud: *in capilamento fulgoris inconstantia priusquam ad oculos perueniat desinens nitor*; hoc enim quid aliud esse potest, nisi nitor ille minimé vivax quem exposuit Cardanus reperiri in artefactis, siue adulterinis. Desinens enim est, nec in unum quasi collectus lumen reflectit verum, & si visui speciem quandam nitoris representet cum manifesta sit perspicuitate veluti vitro evenit. Sequitur certum aliud iudicium quod illis verbis proponit Plinius, *Fictitijs pustulæ in profundo apparent, scabritia in cute*; his nota altera declaratur, inseparabilis ac Margaritarum propria, quæ arte nulla defraudari potest, ea autem est, ut ex lento illo humore ex quo tanquam materia Margaritæ construuntur, per cortices superpositos augeantur, & crescant, eodē Cardano autore, Aldrovando, & Gesnero, sed modum epilogo quodam proposuit Alexander Benedictus Veronensis: *Vidimus*, ait, *lapides ex vesica eiectos magnitudine oui gallinacei, quos paulatim, viscosa materia obducta, veluti in crustus varij interdum coloris, igneus calor inaruit atque ita increscere sensim. Margaritæ enim in conchis fieri eodem modo cernuntur gemmarijs, varios veluti incepis cortices torno detegentibus.* Cum ergo corticibus invicem superadditis in concharum Margaritiferarum, vel testa, vel carne compagiuentur; arte nulla hoc effingi potest. Quod in lapide Bezaar orientali, declaravit doctissimus Silvaticus ex quodam Paulo Cigalino, qui multos lapides diligentissimé observaverat, cui & maxima fides tribuenda est: refert & Gaspar Bauhinus, qui lapidis Bezaar ex multorum opinione librum nuperrimé in lucē edidit. Quæ vero á pondere, corpore, sive figura desumuntur notę superius patent, ut hinc ad experimenta accedamus per quæ veræ ac naturales, à falsis & artefactis separantur, aliqua Plinius pręfatis verbis insinuare visus est. Ex quibus quæ magis propria sunt in presens referamus. *Decussi fragmenti paulum quod in lamina ferrea teratur*; evidēs enim

Li.7.de r var. cap. Alex. Be lib.23.c

Lib, proj

Lib, de de Bez. c. 26. &

Experim ta per vera m rita fal discern

enim est quod nisi in lamina conterantur, numquam ad perfectionem in pulverem redigi, nos consueto modo in lapide porphiriti appellato, sive marmoreo id parare solemus, *similiter & lima*, sed cur excusant mangones limæ probationē? quoniā factitiæ sive adulterinæ statim in minutissimas, ac facile frangibiles particulas discedunt, non sic naturales cum bene compactam ac solidam habeant mixtionem, ut limari permittant, non sic arte factæ: imo hæc in mortario contusæ in exactum pulverem, ac lęvissimum rediguntur: naturales ac verę, vel difficulter comminuūtur, vel per partes inæquales, & numquam exacté. His addamus modos reliquos probandi Margaritas, apud varios autores inventos: primum a terebro sumitur, quod Plinius insinuat: *plurimum in his terebrarum proficit feruor.* Nam quæ veræ sunt terebro perforari permittunt etiam minutissimæ Margaritæ, at arte factæ non dum terebro continguntur, quin in minimas particulas prorsus frangantur; unde Mizaldus (ut supra exposuimus) interim dum fiunt & molles sunt suilla seta transfigendas iubet, quo fiat foramen, veritus forte ne post solidationem, terebro disrumpantur. Experimentum proponit Septalius cuius non dum periculum feci naturæ tamen Margaritarum satis conveniens. Quod scilicet, in ignem proiectæ crepitent ubi naturales sunt, quod in adulterinis non evenit, & huius, ut credo, causa est, quia Margaritę coagulatæ sunt à calido & sicco (sicut de sale traddit Aristoteles lib. 4. metheororum cap. 6.) ex multa humida materia, aqua flatus inclusos remanere in mixtione necessum est: unde in igne crepitare possunt, nā & temperamento sunt sicciore sicut sal, ut post exponemus, sicco ergo terreo, ui ignis amplins attenuato & impetu facto ab impellente flatu, crepitus fiunt. Et cum dixerim sicut sal, de sale marino, aut fluviatili, vel alio simili, uberiorem in se humiditatem continente, idoneam flatibus gignendis intelligo, non vero deffositio (quem officinæ Arabes secutæ salem gemmæ vocant) cum siccum habent terreum maxime condensatum cum exiguo humido: quare in ignem coniectus pręter cæterorū naturā, nec dissilit, nec crepitat, quod per pulchré anotavit Andreas Mathiolus. Ex flatibus igitur inclusis in sicco, cum Margaritæ concrescant à calido, coniectæ in ignem

Marginal notes (cut off at left edge): ...m. cit. 1. / ...rgaritæ ...gnē pro... & quare ...itent.

ignem crepitare possunt. Tandem potissimum iudicium, quo veræ Margaritæ ab adulterinis distinguntur, elixatione, aut aquæ seu cuiusvis liquoris infusione proditur: nam cum arte factæ glutine uniri ac formari, vel succo, aut rore maiali necessario postulent, infusæ aut elixæ, mixtio in eis ac conformatio prorsus solvitur: at naturales, solidæ integræ ac in solutæ remanent quavis infusione, aut elixatione facta, & pristinum ubique asservant statum; imo adeo est arduum veras Margaritas liquari, ut cum non quovis liquore solvantur, sed certis quibusdam, & per quam difficlle; autores artem chymicam profitentes varios liquores experti sint, & modos diversos eas solvendi pro medicinali usu, & non raro in luxus, Osualdus Crollus in sua Basilica chymica; *variæ*, inquit, *excogitatæ sunt viæ soluendi Margaritas, per spiritum vitrioli, per spiritum Guaiaci, rectificatum, item per aquam locustarum, quercus nouellæ: simplicissima, & optima per accetum distillatum.* Silvius hanc ultimã infusionem laudat soloque aceto, au succo limonis dissolvit, quin & Vitruvius *acetiuim*, dixit, *dissipare & dissoluere, ouũ, plumbum, es, item Margaritam*, ac ut coronidem imponam pariterque modum, audiamus Cardanum (nec tedeat passim tantum, autorem refere; prebet enim creberrimã citandi occasionem varia eius lectio, & per quam rara observatio) sic enim ait, *ut ergo Margaritas dissoluas (nam hoc propono quia expertum est) ipsas integras laua, sucumque limonum bis, aut inter cola, inde emerge & soli expone, in quinque aut sex diebus colliquantur, vt mellis quoad substantiam attinet similitudinem referant*; cum itaque Margaritæ tam difficulter dissolvãtur, & non nisi, vel aceto, vel limonis succo- Factitiæ vero quavis elexatione, aut infusione facta cuiusvis liquoris: patet mangonij, seu artificij facilis dignoscendi modus ne falsæ pro veris habeantur.

Modus liquandi margaritas.

Lib. 10. de rer. var. cap. 50. in fine.

Tota huius quæsiti veritas á prędictis fundamentis dependet. Quare, & tot autorum testimonia in eorum comprobationem coactus sum afferre: ex quibus facile constat Margaritas, de quibus presens instituitur iudicium veras, ac naturales esse: nam etsi minutiores sint, cortices ac crustas habent super positos quod in tam minima mole arte ulla effingi potest, nec carent

Quesito primo Respõsio

carent nitore cum ſplendentes aliquomodo ſint quib⁹ & lævor accedit omnibus in corticibns æqualis, itaque hæc tria habent, nitorem, lævorem & ad invicem ſuccedentes cortices ergo conſtat à natura ſic eſſe fabricatas, non adulterinas, nec arte factas, quando ars tria hæc ſimultam exacte conſequi nõ poteſt: nec horum aliquod ſeorſim ita ad perfectionem, vt in lævore non ſit quædam aſperitas, innitore perſpicuitas ac ſine corticibus prorſus eſingat. Accedit manifeſtum experimẽtũ per elixationem, aqua ſiquidem diutiſsime ferve factæ (quod libuit in veritatis confirmationem experiri) priſtinam aſſervant mixtionem, ſolidę inſolutæque manentes, quod non ſuccederet, ſi arte confingerẽtur, ſoluta ſtatim mixtione perglutinis emollitionem ex æquæ ebullientis ingreſſu. Terebro quoque tentavimus, ut perforarentur maiuſculę earum, ac perforari aptę fuerunt. Exactam quoque lævigationem ex atritu in lapide marmoreo ſuſceperunt, non ſic in mortario cõtritę: ut quid ergo naturales ac veræ cenſendę non ſunt?

Nec obſtabũt quæ per doctis medicis ac expertis ſeplaſiarijs Mediolani dubitationem intulerunt. Nam præter quam ad vnguem ſatisfecit Septalius, conabor proponere, quæ mihi reſponſioni viſa ſunt. Dubitaruntprimum de candore & luciditate in quibus aſſerunt non parum deficere ita ut ab orientalibus longo intervallo diſtent. Cui ſatisfacit Margaritarum propria natura: nam aliud eſt ab ea prorſus deficere, aliud in ea minorem habere perfectionẽ prout patet in electione: nam magis electas iudicamus, quę candicantes ſunt lucido fulgore: quam quæ non ita clarum referunt lumen: tamen non negamus has á natura fabricatas eſſe & ſi minus ſplendeant. Qui nimo ſi experimento quotidiano credendũ eſt ex orientali India, per multæ ſub paleſcentes remiſſo fulgore ad nos deferuntur, quæ tamen verę ac naturales ſunt. Comprobat hoc manifeſte id quod Paulus Venetus tradit in Zipanga inſula Indiæ orientalis magnam copiam unionum rubrorum, & rotundorum prægrãdiumque inveniri, qui tanti valent quanti albi, & etiã pluris. Quid præterea convincit quod digitorum attritu ſive cõpreſsione quędam ex Margaritis comminuantur: hoc enim multominus obſtat: ſiquidem contingere poteſt, quia in matureæ ſint, quæ ita facile cõ

Argumẽta in contrarium adducta diluuntur.

1 (beside "ea prorſus deficere")

Lib. 3. c. 2. (beside "feſte id quod Paulus Venetus")

2 (beside "præterea convincit")

minuntu

minuũtur nec perfectam alterationem aſecutæ, & ſic non bene cō
pactæ, ſive à ſolidatæ quod ex Americo Veſpucio retulimus; nā
licet loci natura particularis, materiæ perfectio & caloris coquen-
tis vis plurimum ad perfectionem conferant: ubi tamen hæc om-
nia, non perfectā alteratione aſſequantur, fieri poteſt, ut nec per-
fectæ, nec bene compactæ ſint Margaritæ; cōfirmat hoc ita evenif
ſe, quod ex eis, quædam ſint duriores & ſolidiores, nonnullæ vero
molliores cum tamen omnes eiuſdem ſint ſplēdoris & figurę pro-
inde veræ & naturales. Et ne in id quod occidentales ſint aut orien
tales rotam dubitationis ſolutionem referamus, ut inſinuare viſus
eſt Septalius; ſcire oportet has de quibus iudicium facimus, quæ oc
cidentales iudicantur ab eo: revera orientales eſſe ex orientali In-
dia deportatæ, ut iuramento teſtati ſunt inſtitores: unde quod mol
liores ſint, non tam ex occidente, quàm ex oriente provenit, ſed
quod revera in maturæ ſint & captæ quidem ante debitum matu-
rationis tempus, quanquam naturales cenſendæ ſint. Tandem 3
dubium adulterationis aliquibus fuere quod non ſtatim aceto, aut
ſucco lomonis liqueſcerent: ſi tamen res atento iudicio perpen-
denda eſt hoc ipſo experimento licet comprobare veras ac natura-
les eſſe: cum ut propoſuimus falſæ & adulterinę multo facilius diſ
ſolvantur, in quocūque liquore ne dum in aceto, aut limonū ſuc-
co, & cum in his ita difficulter liquentur, certo conſtat naturales
eſſe. Id quod inſignes notarunt Chymiſtę inter quos Libavius dū
varios liquores proponit, ſic ait: *Ita Cleopatra aceto ſoluit ſuas Marga
ritas inter cænam. Quod peculiare aceti genus, aut ſaltim quam tenerrimos
uniones fuiſſe neceſſe eſt, cum nobis experimentum tā facile non reſpondeat.*
& quia difficillimum opus credidit Cardanus, addit: *non igitur om-
nes, neque ab omni neque ſemper, ſed ut in his quorum magnitudinis exceſſus
requiritur.* Ergo patet, ex eo magis naturales iudicandas Margaritas
quod nec tam facile ſucco limonum, aut aceto diſſolvi contingat.

Li. 2. Alc[...] miæ tract 1. § molli[...] lapides, [...] vitra.

Li. 10. de [...]rum varie[...] cap. 5[?]. medio

Quæſiti ſecundi enodatio duplicem involuit partem. Prima an
liceat æqui parare occidentales Margaritas orientalibus an ubique
& ſemper orientales ſint præferendæ. Secunda an vis & efficacia in
medicina par ſit utriſque an vero maior in orientalibus: & ne quis
eundem utriuſque partis ſenſum exiſtimet prima pars ad electio-
nem

Quæſitũ [...]cundum [...] quo orien[...]les Marg[...]ritæ cum [...]cidētalib[...] conferũtu[...]

nem precij seu ęstimationis pertinet: secunda usui respondet medico. Indecens ergo, ac inutile fore videbitur, Margaritarum oriẽtalium maiorem electionem in dubium revocare cum tam scriptores prisci; quam qui post novi orbis inventionem de Margaritis scripserunt, semper orientales reliquis prætulerint; velut Plini⁹, AElianus, Albertus, Atheneus: & post Rondoletius, Mathiolus, Gesnerus, Aldrovandus Clusius ex Orta atque ex supra citatis autoribus fere omnes. Dubitatio in surgit ab experimento varijs histórijs roborato, cui & ratio quoque accedit. Primum in occidentali India non longe á civitate Panama appellata, unionem inventum fuisse fulgenti nitore, figura ovali, magnitudinis tantę, ut ex eo manubij ensis extremum (Hispani pomum appellant) in ornatum Christianissimi ac invictissimi Philipij Tertij, Indiarum, Hispaniarumque Regis potentissimi, per pulchré sculptum accepimus. Item Gonçalus Oviedus Panamę unionem magnitudine pilę arcus rotundissimum, pondereque si liquarum viginti sex venditum scribit. Petrus Martyr oceanę Decadis tertię lib. 1. traddit Vascho Nunnez, qui magnam, remotissimâque regiouum illarũ partem Castellę regis nomine occupavit, Tuma cum regulum prętet aurum & munera alia, ducentos quadraginta ægregios uniones attullisse quos Hispani admirabantur. Multa quoque refert ex quibus facile colligere licet unionum pręgrandium præstantiam, & magnitudinem in occidentali India nascentium. Verũ ad quid varias scriptorum historias involuimus, ubi insula illa per celebris est à Margaritarum multitudine, & pręstantia Margarita appellata, quę per tot annorum curricula, margaritarum selectarum, nobis & distantioribus, uberrimam ac fere copiam incredibilem magnificé supeditavit de qua observantissimus Cardanus sic ait: *Deinde cum India occidentalis adeo magna sit, cur ex una insula, quam margaritarum vocant (ea est Cubaguæ provintiæ Piru) nonem tantum M. P. ambiẽs: intra triginta annorum spacium bis decies centa millia aureorum precij margaritarum detractum est: referuntque quodam anni tempore mare circa litus, & usque ad continentem rubere concharum copia, ea quæ quasi menses tunc edant, tantum potest loci proprietas.* His & ratio quoque astipulatur: cũ non liceat colligere orientis loca fertiliora esse, eo quod vim solis magis

...cis citat. ...usius li.1. ...ema. c. 57

...storia de ...æstantia ...argaritarum occidẽ...lium.

...de rerũ ...riet. c. 4.

magis participent: ut constat ex Aristotele, qui ventos orientales calidiores occidentalibus esse refert. Propterea quod sol in illis locis diutius immoretur; *ad orientem quidem*, inquit, *pertinentes occiduis calidiores quod diutius sub sole commorentur. Sed occidui & citius solem deficiunt & tardius ad locum unde ille emergit ad veniant*: Hæc enim positio multis de causis invalida videtur prima. Sol ad partes omnes quas illuminat, & calefacit ęqualiter movetur quomodo ergo orientales solem diutius participant quam occidentales? constat illud manifeste quoniam sol orizontem ęgrediens, & nostrum incipiens hęmispherium illuminare ęque orientalibus, & occidentalibus suos radios impartitur. Deinde exortu suo non magis videtur calfacere oriētis quā occidentis partes nec item citius occidentales deserere; siquidem qui nobis oriens est alijs necessario est occidēs, ac rursus, qui nobis occidens, oriens alijs: atque quot in longitudine fuerint habitationes, tot orientes ac occidentes habentur. Cum ergo quantum attinet ad naturam loci parsit ratio in oriente & occidente, ęqualiter operante sole, â cuius actione depēdet vera Margaritarum generatio, ut post dicemus, constat utroque in loco posse electas, ac preciosas generari Margaritas.

Lib. 2. Metheor. c. 6.

1

2

3

Militat pro altera parte Magni Hippocratis autoritas, qui unus nobis instar est mille, in libro de aere, aquis, & locis: quo loco omnia quę sunt, quęque in oriente nascuntur & salubriora & fertiliora esse affirmat, idque colligit ex moderata temperie frigoris, ac caloris aquarum bonitate, *limpidissimæ enim sunt, odoratæ, molles & amenæ nam sol emergens perlustrans eas reprimit*; *hominum habitus colorationes, & vividiores, claraque voce præditi*, ac tādem (ut ea quę proposito conducunt, referam) subdit; *siquidem et reliqua illic nascentia præstantiora sunt*. Ex quibus patet selectiora, ac prestaatiora esse omnia, quæ in oriente nascuntur, & ex consequenti Margaritæ. Ne tamen res in genere solum proponatur, liceat (& si aliquantulū immorari videamur) altius rem prescrutari per particulari principia.

In pricipio.

Omnia oriētis sunt salubriora & fertiliora.

Primum ergo á Cardano accipiamus tanquā quid probabile continens in commentario ad prędictum Hippoc. locū: *In constitutione omni, tria*, inquit, *considerat Hippocrates à quibus presentanea dignetio dependet primum ascensum solis seu tempus illustrationis, moram deinde & tertio ventorum qualitatem*; facere possunt hęc quatenus ad loci naturā attinet

Cardan placitum de orientis fertilitate.

attinet, sive regionem, ut non solū Margaritæ sint pręstantiores in oriente, sed & reliqua omnia meliora: *Vulgatum argo est dogma, quod nimia solis mora nimis calefacit, et pauca nimis refrigerat, utrūque vitiosum est & effectus imprimit nimij caloris, aut frigoris: æstus ergo humidi consumptio, puluis, aer turbulentus & vaporosus, resolutio caloris, putredo, sitis, vigilia, generatio animalculorum, mala coctio & est totus status morbificus. Frigiditatis, à quarum cruditas & frigiditas, sterilitas, niues, tusses, distillationes, vasorum rupturæ & constrictio. Ergo ubi mora solis est temperata nihil horum erit.* Alterum quod considerandvm obijcitur: *solis ascensus seu tempus illustrationis arcanum in se habet, id autem est quod in sole sunt duo genera caloris, vnum per se primo, & illud est cæleste, diuinum, mite, suaue, fæcundum humidum, causa generationis, quod attenuat & purgat, & hoc est solis vt prouenit à cælo ex radijs non reflexis: alius est elementaris, qui fit ex reflexione solis, seu radiorum eius, qui est siccus, aridus, corrumpens, asper & omnino malus. Cum ergo sol oritur in quauis parte sit, seu in hyeme, seu in vere, seu in estate, seu atumno, proijcit primos radios non reflexos & ideo efficit opera salutis absque vlla exustione: at vero si regio respiciat Boream non calefacit omnino eam, nec repurgatur nec attenuatur: in duabus autem alijs partibus, idest, in meridie & occidente, solis radij iam reflexi fuerunt, opera caloris ignei & cælestis. Ergo radii solis corrumpunt aerem, & sata & plantas omnes et aquas et animalia et homines.* Ex his duabus tertium dimanat nempe; *ventorum tēperies optima, temperatæ enim sunt venti orientales, æquales, fecūdi et mites. Hæc est causa quod oriens tot bona generet, aurum, argentum, aromata, gemmas, herbas salutares, pabula multa et segetes et fructos bonos, animalia pulchra equos magnos, & sapientes homines.* Ergo ex his satis constat secundum Cardani Placitū de venebolo aspectu orientis optimaq; tēperie ad id quod omnia quæ in eo nascuntur & fęcundiora sint & meliora.

Est & alter modus explicādi orientis salabriorē temperiē, quē ex varijs autorib⁹ refert Septali⁹ in lib. Hippoc. de aere, aquis, & locis
Tex. 2. nēpe ex Averoe, Aphrodisco, Olimpiodoro, & Vico Mercato Estq; pricipijs verę philosophiæ magis cōsonans, quo pariter et tueri potest Aristotelis positio: continetur vero in causis diversis hic tñ ex illis probabiliora & quæ frimiori constāt fundamento, referamus.
2. Methe-6. Est prima Averois, & inter alias ab eo propositas hęc est potissima. Sol enim oriētalibus per septē, aut octo horas adest: sex ab ortu an

tequam

requã ad meridiẽ pertingat, una aut duabus ante exortũ cũ adhuc
sub terra est:at occidentalibus sex solũ à meridie usq; ad occasum,
quod si etiã una aut duabus horis distet ab occidẽte quemadmodũ
ab oriente,tñ cũ recedit sol ab occidente,nec calfacere, nec calorẽ
factũ conservare potest,resistẽtis noctis sequẽtis frigore: unde vera
est Aristotelis positio : quod scilicet sol in Oriente diutius inmo-
retur,& tardius deserat. Secunda est Vico Marcati,& ea videtur ve
rior , qui in montium impedimentum causam reiecit nam ait:
*Cum oriens positus sit ita vt oceanum ad sui ortum habeat, sol exoriens nul-
lo interposito impedimento illuminat ac calore suo fouet. Occidentales autem
partes á montibus impeditæ non stàtim exortum solem exeipiunt.* His tandẽ
tertiã addit Septalius, *at*,inquit,*non ea solum frigiditatis maioris occidẽ
talium partium causa est, sed motus solis magnum ad hanc rem hebet momen
tum,quum enim ab Oriente sol ex oceano quasi emergens,quod calidius est,ca
lidos quoque halitus et aerem secum rapit ,quibus terras propinquiores calefa
cit et ventos calidiores, inducit, et si enim ad occidentẽ occeanus quoque est,
quoniam tamen ad illum non ex illo sol mouetur nihil fere orientis comparatio
ne caloris in occiduas terras ex occeano defertur sineque omnia in oriente sua-
uiora et meliora, generantur solis càlore illuc magis vigeate , atque etiam ex
terris halitibus oceani pinguioribus factis.*

Sed hęc quomodo Margaritarũ generationi cohærent cũ cõchæ Dubium
earũ matres aquatilia viventia sint et quanto prestantiores tãto in
imo maris loco degentes, quis ergo usus ex aeris bona tẽperie illis
conciliabitur, si ab aere maximé distantes vivunt? si tñ experimẽto *Conchagi*
quotidiano fides adhibenda est,id nos docent maris ac fluminũ ani *dent optis.*
malia õnia,sive testacea aut sine crustis ob frigoris, aut caloris vim *aeris tem*
intima confugere,et in latibulis degere,quo argumẽto suademur, *rie.*
utroq; excessu et caloris et frigoris offendi:nã quod ad illa loca in- Solutio.
fluxus,et solis et lunæ pertingat;tam manifesti,quám occulti siqui
sunt(de quibus pauca subijceim⁹)in coõperto est. Id quod selecto
quodã loco docuit Aristot. qui dubio omni ex parte satisfacit:*labo- Li.4. de*
rant enim testacea omnia perfrigus & æstũ,atque exuperantiã temporis pati tib. anim
nequeunt, argumento est quod echinis euenit. Ergo cõchę Margaritarũ ac *cap. 5.*
unionũ matres,cũ nec ęstus vigeat,nec frigus exuberet, degũt salu-
brius. Cũq; in oriẽte moderata sit tẽperies,& in eo meli⁹ habẽt. Secũdu
Verũ effectus quos conchę,& aquatilia edunt interim dum in- t udan

 fluxu tum.

fluxu cælesti iubantur, tribuantur ne soli, an lunę dubium plane videtur. Siquidem Aristoteles lunam vocat minorem solem, quę sicuti est inferiori mundo vicinior, ita maiori magisque assidua effectorum varietate vim suam prodit, eius quipe impulsu æstus maris ultròcitròque reciprocantur, ostrea conchilia & conchę omnes cum ea pariter incrementa, & decrementa accipiunt. Quod alio in loco tradit; *habent enim id iam inde ab ortu naturæ & plenilunijs uberius. Non quia per id tempus copiosius pascuantur, vt quidā putant, sed quod noctes tepidiores sint. Propter lucem pleniorem, calorem enim desiderāt quoniam frigori patent, ut pote quæ sanguine carent*, pinguescunt ergo ac implentur conchę quoniam aquę & limus quibus vescuntur, attenuantur & coquntur, ideo melius nutriunt calor quoq; qui in cunctis animantibus augetur in his ob propriam imbecillitatē evidenter augetur, quo fit ut duplici causa pinguescant. Ergo luna non secus ac sol conchis ita dominatur, ut ab illius influxu Margaritarum dependeat precipua generationis causa. Dubio satisfacit Aristotel. cum ait ad omnes generationes perfectionesq; lunam principium esse tamen id illi evenire propter solis societatem receptumq; lucis. Fit enim quasi alter minor sol, tamen primum dignitatis locū soli deferendum tamquam planetarū nobilissimo, quo nil in hoc aspectabili mundo, vel ad speciem pulchrius, vel ad rerum gignendarum cōmoditatem fęcundius, qui vitalem vim ac salutem stirpibus & animalibus communicat, qui hoc est in ęthere, quod in animale cor, qui vices temporum, annumq; novo semper fluore, redeuntem, ex usu naturę temperat, qui longé lateq; diffuso splendore, superaomnia atq; infera & ipsos stellarum ignes collustrat. Et tādem (nec dum solis encomijs atendo à proposito dimovear) eius influxus in abditissimos usque recessus penetrat, terrę marisque viscera irorat, aurum, argentum, & preciosas Margaritas progignit, sive per qualitates conspiquas, & manifestas interventu motus, & lucis, calore producto, sicut & reliqua corpora cælestia in hæc inferiora influere afirmarunt summi philosophi cum Aristot. & Averroe, satisque cōtra Astrologos tuetur Picus Mirandula: sive per influentias, aut quos occultos influxos vocāt Astrologi cum Damasceno & Alberto, alijsque non vulgaris sapientiæ viris. Inter quos Cardanus, hanc occultam siderum negantes: *qua, inquit, omnia m r*

talis

[Margin notes, partly cut off:] ...cundum ...ndam. | ...l & luna ...omódo do ...inentur ...nchis. | ...l.4. de par...b. animal. ...p. 5. | ...b. 4. de ge...r. animal ...p. 10. | ...argarita ...m genera ...p. solis pri...um tribuē ...deinde ...na. | ...e solis en...miis lege ...utar. lib. ...doct. prin ...p. Macrob ...Satur. c. ...vsque ad ...3. | ...rist. 2. de ...lo c. 5. & ...Meibear. ...veroes 2. ...cal com. ...Mirād ...l. contra ...c.

talia reguntur, improbos, ambitiosos, & longe magis Erostrato impios vocat hunc quia Ephesiæ Dianæ templum exusit: illos quia veritatem natura perpetuam Deoque sacratam & generi humano vtillissimam euertere sola ambitione inani conantur.

Ex his ergo colligamus quaten⁹ ad locinaturam attinet in Oriēte præstantiores progigni Margaritas, loci salubriori temperie, & amenitate influxus solis & lunæ: tamen particularibus quibusdam causis ad generationem concurrentibus fieri posse, ut occidentales æquales sint: imo & interdum orientales superent: nam quis efficatiæ causarum particularium attendens, dubitabit, materiam quæ ex htmore illo crasso concharum ad generationem concurrit, purissimam esse posse in occidente, calorem quoque concharum, qui efficiens est, efficatiorem, ut minori causarum universalium concursu (causæ particulares cum sint á quibus inmediate dimanant effectus) perfectiotes ac prestantiores efficiant Margaritas prout relatæ historiæ testantur, & experimentū sæpius nos edocuit: ut hinc pro comperto habeamus securius multo esse Margaritas dijudicare non tam regionis ut locorū ratione, quàm propria ac genuina natura per qualitates quibus eligendas fore statutum est.

Vltima per quirenda est alterius quæsiti pars (quæ medicos usus perscribit) quænam ergo ratio est, quæ cogat à Margaritarum æstimatione, seu precio eam separare? electæ enim Margaritæ, & quæ in maiori habentur precio quid ni medico satisfacient usui? cū præsertim lucidæ ac optimé splendentes cor hilari modo roborare, ac delectare valeant. Sane quemadmodum externæ tenebræ omnib⁹ feré timidis pavorem inducunt (quod in melancolico affectu ostēdit Galenus) sic lux & corpora lucida contrarios proculdubio efficient effectus, gaudij scilicet, & constantię. Quod in omni cordis affectu maximi habendum est. Accedit proportio illa, seu similitudo lucis cum spiritu siquidem veriori, ac communi prestantissimorum medicorum opinioni adhærens, relicta Argēterij argutie, spiritus lucid⁹ est De animali varijs in locis traddit Galenus, & probat Actuarius de vitali refert Avicena: ergo ab spendenre Margaritarum qualitate & nitore præstanti iubari ac augeri incōperto est: unde ait Avicena: *& exinde anima gaudet ex intuitu lucis & tristatur in tenebris, quoniam illud est conforme naturæ vel principio ipsius & hoc est in*

5. & 6. D. masc. lib. … cōsolat. medic. Alb. in 2. dist. … quæst. & de cal. … 13.

Cōclusio

An Margarita quæ in maiori sunt æstimatione, sint vtiles vel usu medicos.

Li. 3 de loci affect. c. 7.

Li. 1. de spiritu animale cap. 9.

Actuar. lib. 1. de spiritibus c. 9

Tract. 1 de me. cordi. cap. 2.

in contrarium. Ergo quod Margaritæ ſplendentes ſint magnæ, rotundæ aut pyriformes, quæ ad æſtimationem precij conducere videntur: ad uſus quoq; medicos conferre negavit nemo. Hoc in primis præfari libuit, quoniam fere omnes, qui pro uſu medicinali Margaritas elegerunt, nec dictarum qualitatum mentionem fecerūt. Sic Albertus; *Maturæ ſplendent & transluc idæ ſunt ad ornatum eligendæ: minus maturas aliqui in medicina præferunt.* Item Zoograph⁹ traddit pharmacopolas compoſitionibus quibuſdam medicis addere Margaritas minutas phrygionib⁹ inutiles & fæminarum deſiderijs ineptas. Silvaticus claras eligit & albas, Coſteus in Meſſuem: *Quibus ornamenti gratia expetuntur quæruntur magnitudine, candore orbe lænore ac pondere excellentes: in medicina ſatisfaciunt candidiſsimæ, & graviſsimæ,* & tādem ex antiquioribus Serapio maiuſculas, claras, læves, non anguloſas, nec enim magnitudinem tanti fecit, ſi ſolum maiuſculas approbat, nec item figuram ſi ſolas anguloſas excludit. Coniungam⁹ his communem utendi modum ſatis inveteratum pharmacopolis; numquā enim uniones ac grādiores Margaritas ſuis in cōpoſitionib⁹ reponere cōſueverunt, ſed minutulæ, quę veluti quiſquilię ſunt.

Coſteus in Meſſ. in elle luario de gemmis.

Rem ergo paulo attentius perpendentibus, naturam Margaritarū in operationis modo perquiramus; an veluti antidota, aut Alexipharmaca medicamenta, ut nonnullis viſum eſt, uſurpentur. Eſt autem autore Galeno, Alexipharmacorum duplex natura: ſiquidē quædam alterant, quædam vero evacuant ex corpore patiente ſeu venenum corrumpens, ſeu deleterum medicamentum. Alterant igitur aut una qualitate, aut duarium coniugatione, aut deniq; tota ſubſtantia. Evacuāt totius ſubſtantiæ ſimilitudine & caliditate ſubtilium partium. Cum Margaritæ nullomodo evacuunt: cōſtat manifeſte tamquam alterantia pharmaca uſurpanda fore. Sed diſidiū eſt num tota ſubſtantia an manifeſtis qualitatibus operētur, de quo à Gręcis antiquioribus factam mentionem ullam accepimus: inter Arabes cōtroverſum apparet. Nā Raſius frigidas & ſiccas eſſe tradit gradu ſecundo cum pauca ſubtilitate. Iſaac Eben in primis qualitatibus ſcribit eſſe temperatas, tamen deſiccare corporis humiditates Avicena de medicinis cordialibus, ait de Margaritis: *Similes ſunt Karabe in natura et luminoſitate, verū fortiores ſunt valde quā Karabe.*

An Margaritæ ſint Alexipharmaca.

lib. 5 ſimp. 18.

de med. cord. tit. proprio.

Ex his itaq; afirmare debemus iuxta optimorum medicorū placita

cita Margaritas inter Alexipharmaca propria, quæ à tota substãtia, sive occulta proprietate operantur, minime esse reponẽdas, sed inter ea, quæ minus propria sunt, & quæ manifestis qualitatibus resistunt: tñ quia cor roborant cordialia vocãtur, velut sunt quoq; muschus, ambra, & coralum, & eiusmodi alia quibus in pestilenti cõstitutione, aut veneni metu libenter utimur: tamen revera Alexipharmaca non sunt: nisi peraccidens quia cor firmant idq; firmatũ melius obsistit & minus læditur á venenosis vaporibus. Ita traddit Hispanorũ decus & medicinę lumen Vallesius noster, qui in re physica & medica Galeno absq; dubio ęquiparãdus est. Quem insignes alij sequuntur neoterici, afferentes frigiditate, ac siccitate putridis resistere febribus, atq; in his & in pestilentibus ac malignis, putredinẽ siccitate à moliri, atq; adeo (prout aiunt Arabes) vitales spirit⁹ illustrare, cum puriores remaneant vaporibus putridis, resecatis & resicatis, ita Costeus, Fernelius, Massarias, & Silvaticus in suis controversijs, de usu gemmarum in pestilentibus: & tandem Avicenę Placitum est de medicinis diversi modis cor confortãtibus, ubi ait; *Medicinæ letificantes letificant quidem vel quia nutriendo restaurant spiritum sicut vinum, aut præbent ei splendorem & lumen sicut Margarita & sericum, per id quod in eis de exiccatione vel exuccatione.*

Margari nõ sunt propriæ Alexipharmaca.

Margari quo modo sint medicamenta cordialia.

Valles. lib. 5. sim. cap. 18.

Fernel. lib. 5. meth. dic. cap. Costeus Mess. sup ellem. gemmis. Mess. 5. febrib. c. Silvat. contro. 47. Avicen. de med. cord. cap. 2

Hinc satis patet aliter Margaritas eligendas esse ad ornatũ & ęstimationem, aliter vero quatenus in medicina utiles sunt. Ornatus enim postulat, omni ex parte electas, nitentes, seu splẽdentes, magnas, orbiculari figura, aut saltim pyriformi: undequaq; lęves. Hæ enim sunt quæ maxime visum delectãt, & præsertim nitor ille splẽdens, qui corporum cælestium (nõ elementorum concinnam mixtionem solum) naturam præsefert. Quod de spiritu quia lucidus est refert Avicena: *Spiritus quidem est res genita ex commixtione elementorum vergens in similitudinem cælestium corporum.* At in medicina quã quam hęc qualitates abijciendæ non sint: tñ sufficere videtur quod albę sint & graves: quæ qualitates siccitatis, & frigoris indicia sunt manifesta, quib⁹ in usu medico omni ex parte mun⁹ suũ adimplẽt albedo siquidẽ effectus est caloris operãtis in sicco terreo, grauitas easdẽ qualitates eiusdẽ elementi denotat. Sed quorsum hæc? nõ aliter per me proposita sunt nisi ut quæsitis de quib⁹ instituebatur sermo firmius cõstet solutio. Nã cũ hæc Margaritę de quibus præsens

1. de med. cord. cap.

cogimur

cogimur facere iudiciū, albæ ſint & graves quanquā minutæ & nō ita ſplendētes, conſtat utiles eſſe in medicina, ac convenientes iuſta communem pharmacopolarum uſum, poſſeque varijs medicamentis compoſitis rectè permiſceri, & per ſe ſolū ad medicos uſus uſurpari, cum verę & naturales ſint habeantque omnem vim & efficaciam, quæ neceſſaria eſt pro medicinæ uſu, ad corporis humani rectam, & perfectam medellam, ſive orientales ſint, ſive occidentales. Hæc mihi celeberrimo, & per quam venerādo Collegio Mediolanenſi proponenda occurrerunt in aſſertionem iudicij excellētiſsimi Septalij & in veritatis ampliorem cōfirmationem prout viri Margaritarum mercaturam facientes poſtularunt. Et utinam ita feliciter, ut in quibus correctione digna ſint, præſtantiſsima cenſura corrigar, gratiam equidem tam doctiſsimis viris, referendam non difitear: imo habebo maximam, ſi me errantem, ad meliorem addiſcendi formam perduxerint.

LAVS DEO.